







S.VIII.33.

13

NÆNIÆ
HONORI ET MEMORIAE
Bellissimi Pueruli

CHRISTOPHORI SCHULTETI

Viri Reverendi, Excellentissimi & Clarissimi
**DN. CHRISTOPHORI
SCHULTETI SS. Theolog. D.**

Ecclesiæ Stetinensis, quæ ad D. Iacobi
colligitur, Pastoris vigilantissimi &
Consistorii Ecclesiastici Assessoris
dignissimi

filioli dulcissimi,

Qvi

ANNO Salutis c 15 15 CXLIV.

die Januarij 21. post nonam matutinam,
ætatis decimo sexto ultimum vitæ mortalis clausic
& 25. prædicti gremio communis matris exuvias
reddidit,

dicatæ.

STETINI Typis REHTIANIS.

Mors cita CHRISTOPHORUM Sacro vix fonte
renatum
abripit, ut florem falx præacuta metit.
Res hæc est tristis, si carnis stare velimus
judicio: at læta est Numina arbitrio.
Nam Deus humanis exemit rebus amicurn
infantem, ut Superum mox fieret socius.
Non ergo periiit denatus pusio: verum
transiit ad summi Regna beata poli.
Quod senibus constat multo persæpe labore,
Hoc puer exiguo tempore fecit iter.
O fortunatus gressus, per limina mortis
ad patriam tendens sic properante pede!

JACOBUS FABRICIUS D.
Superintendens.

Siviola, aut blandè juvenescens plantula forte
Turbine corripitur, vel pede conteritur,
Quisq; dolet, tacite secum ventumq; pedemq;
Objurgat: nescis parcere nempe rosa!
Sic quoq; FILIOLUM resecat, CLARISSIME SCHULZI,
Mortatibi, rapido decipit ungve rosam.
Hinc meritò multo querularis tristia fata
Lessu, tot lacrymæ Matris & ora rigant.
Ipse metuallacrymor: Christus sed, mittite fletus,
Acclamat cœlo; non malè vester habet.

(

Imma-

Immatura qvidem vobis est funeris hora,
Denati aet animæ commoda magna refert.
Floceulus hic fuerat decus in cœleste creatus;
Hinc paradisiacis jam viret ipse jugis.

Contestandæ sincerae condolentie
ergo f.

CHRISTIANUS Groß S.S. T.D.

De prematuro, beato tamen obitu Carissimi filioli
Roberendi plurimum, Clarissimi, Excellentissimq; Viri
Dn. CHRISTOPHORI SCHULTETI S.S. Theo-
logiæ Doctoris, ad D. Jacobi Pastoris & ecclesiastici Consisto-
rii Assessoris, Dr. Compartis ac Amici sui singu-
lariter honorandi & amandi.

Siccine filiolus nuper tibi natus, ademptus
Est, SCHULTETE, iterum mortis aculeolo?
Ecce yices nostras! veniunt post gaudia luctus;
Sed comes & luctus lætitia esse solet.
Noli igitur nimium turbari funere nati
Præco DEI & cathedræ gloria magna sacræ.
Hinc quoniam adversus variæ ludibria sortis
Munivit pectus pagina sancta tuum:
Non opus esse puto, solamina ferre parenti
Multa tibi, & longos deproperare modos.
Quin gnato potius defuncto gratulor, atq;
Spero modum & metas hic fore tristitiae.
Parvulus hic natus, SCHULTETUS, dignus olympo,
Est immaturo funere raptus Eo.
Hunc nasci atq; mori voluit divina voluntas;
Hæc quæ vult, eanos & quoq; velle decet.

X. Calend. Febru-
arias anni are
Christianæ 1644,
fer. 3.

solatii ergo lubens meritoq; f.
LAURENTIUS EICHSTADIUS, Medic D.
& Physicus Stetinensis Ordinarius.

PArtem animæ cœlo, DOCTOR SCULTETE, locasti,
Si soboles nobis, ceu puto, pars animæ est,
Scilicet haud animam ex nihilo accessisse creatam,
Sed soboli ex patrum traduce credo dari.
Filius ut corpus mihi Divum Numine debet,
Sic animam de me, non aliunde, capit.
Quare partem animæ sobolem si nuncupo, quis me
Culpet? Quicquid habet, progenitoris erat.
Et tu partem animæ cœlo, SCULTETE, locasti,
Signatus cœli sede receptus ovat.
Nec dubites illic cum Sanctis esse receptum,
Hinc etenim Christi sanguine lotus abit.

Dno, Affini & Compatri fudit

M. J. MICRÆLIUS.

Antistes celebris, colende Fautor,
Multis esse patrem JEHOVA ab arnis
Per prolem Tibi dat piam probamq;
Tu recte quoq; scis, quid esse patrem
Sit verè. Edita namq; salva proles
Non tantis capit afficitq; storgis,
Quantis funiere rapta quassat ipsa
Hinc non saeviore est dolor dolore,
Quem proles nece fert patri gemendā.
Tali nunc cruciaris heu dolore.
En Tecum doleo: DEUSq; sanet
Hoc vulnus, precor, ipse corde plagas
Qui tales gero sex: tori sed ægræ
Mors parcat sociæ, mihi misello
Ne Te sorte parem queam videre,
Quidquid fata ferant, memento ferre,

Ec

Et nomen celebra pius JEHOVÆ,
Antistes celebris, colende Fautor.

συμπαθ. ηγετος. εν. ομ.

M. Heinr. Kielmannus, Gr. L.
& Poës. & ConR. Pædag.
Stet.

הן פִילִיד מְחִילָתָם זְמוֹת
כְּנַת וְשַׁבֵּב מְבָלִי רְוֹחָ :
אֲדָם יְלוֹד אֶשְׁתָּ קָצָר זְמִיסָ :
וְעַזָּא בְּצִיזָ יְנַדְּר לְמַנוֹּז :

Ως τάχα τεθνειώς ἀποδείκνυς, παῖ φίλε, ἄνδρα
κόρην, ἔμεν, καὶ ἀγρεῖς ἀνθεια τεσδε βίον;
μὴ δέ σλωλας ὅμως· εἰνὶ τῷ πόλω υψημελάθρῳ
νύνε βίον διάγεις, τρεῖς μάκαρ, αἴδιον.

Qvām citō, morte tuā, das, pusio care, probatum,
Fœnum hominem, flores ejus & esse dies!
Haut periisse tamen potes: in coeli arce supernā
Perpetuam vitam ritè beatus agis.

Wie bald! O liebes Kind/ zeigst du mit deiner Reicht/
Dass vñser leben s̄ey dem Gewind Blumen gleich!
Doch komſt du ganz nicht vmb/ dieweil du leibſt schon
Reicht ſeelig ewiglich im hohen himmels thron.

Hæc τετραγλώττῳ ad pie defunctum puerulum ἀποστοφῇ, Parentes ejus Opt.
ac honoratissimos LMq; solatur

M. ERICVS PELSHOFER,
Scholz Sen. Stet, R.

Honoratissimo Dno. Parenti
Præmaturum filii infantis obitum talenti, ejusdemq; funus pro
ætatis modulo paranti exhibitum lubentissime

Epicedium :

Er Göttliche Segen wird gepreiset
In Kindern so Er giebet/
Denen Welch' Er sein Gnade beweiset/
Für andern oft sehr liebet.
Darumb es auch gross Frewde macht/
Wenn man sie hat bekommen:
Dergegen grössern Schmerzen bracht
So sie wiedrumb genommen:
Aber weil sie an den Ort gesetzet/
Ohn Trübniz viel Erfahrung/
Das sie mit Frewden stets ergetzet/
Bey Gott sein in verwahrung
Als disz gnug er quicken kan
Der Eltern muht auff Erden/
Wo sie es heftig fichtet an/
Wil immer erger werden
So ist disz wohl der beste Trost:
Das sie erfreiet leben
Von aller Bosheit gar erlöst
Nichts ihnn mag wieder streben
Wie jzt in dieser letzten Welt
Hast alles zu drümmern gehet/
Niemand bald Trew vnd Glaub mehr hält
Kein Bündniß fest bestehet,
Doch wüt der Satan wie er wil/
Somusser vnter liegen/
Weil ihm Gott hat gesteckt ein ziel/
Der kan gewisse obsiegen.

Filiolum

Filiolum dederat nuper Tibi Gratia Cœli
Abstulit hunc eadem mitis utrōq; Bonū.
Fer reverende, tuas, Vir, hæc diversa subintrat
Æditors, tentans pectora plena fide,
Num quoq; dona satis gratissima reddere promptus
Adq; DEI ad nutum flectere corda velis?
De quæ non dubito patienter cuncta parabis,
Vt placeant summo qui dedit ista Patri,
Vt CHRISTUM ferret, dum sacro, in fonte receptus,
A CHRISTI officiō nomina Sancta Capit,
Ille sed ad superas cunas translatus ab JPSO,
Optima qui melius ferre creata valet,
Voce Creatori percantans carmina blandè
Angelicas præstat suaviter ore vices.
Quid magis exhilaret turbatas grandè parentum
Interius mentes, nuncia quamq; nova hæc?
Non decus hòc majus poteris curare per orbem
Filiolo charo, charus ut antè Parens.

Calamò Segnateias evenia
paratori
Bonaventuræ Wertheri.

Ἐξενομακλήδην ἔφερες τὸ ξεῖσον Ἰητόν
Χριστοφόρῳ, γε τοι δέον τὸν Φρεγεωδῆ σκέπαιον
Ἐργῷ αλλὰ φόρημα Φέρει ἄφορον Φρεὸν ἀυτὸν,
Χριστοφόρον, Φημί, ξεῖσος λόγῳ ἀφθονητος
Ἐκ Της γῆς Φρεέας Βίον εἰς αἰώνα Γαχαιῶν,
Πᾶς δὲ ξεῖσοφόρος, καλός δὲ Φρεόφορος εἴσαι.

Cur hinc aufugiens discedis Parvule frater?
Et cur, vitales cum primū in luminis auras
Te natura parens gaudente parente profudit,

Expi

Exspirans animam mæstum siclinqvis vtrumq; Te te Christophorum Christum per tempora multa Nomine gesturum, gesturum pectore et ore, Sperabant cuncti: Verùm spes concidit omnis. Nam qvoniā, nostrum gestandum pectore Christum Pervarios casus, pertor discrimina ferum, Vidisti, terras rapidè mox linquis iniquas (Haud eqvidem sine mente, reor, sine numine Diyūm) Adq; locos tendis lātos, & amāna vireta Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas. Frater chare, tibi qvis non grātetur honorem Ec sōrtem talem? Verùm quis tristia lātis Misceri cernens, & te vix lumina Solis Cernentem extinctum memorans, non ora rigaret Fletibus! Ast fatum hoc Dominop placuisse juvabit.

τῆς συμπαθέας ἀδελφικῆς ἐνεργείας ἔγραψεν

HEINRICUS SCHULTETUS Stet. Pom.

Assiduo cur fletu oculos geris instar aquai
Luctantis Reverende Heros nec flere resistis.
Filius haud periit, praetit modo qvo hora propinqvans
Nos etiam Abrami gremio excipiente vocabit,
Vivit enim moriens bene, vivit, vivit in ævum
Hic & juratum professus nomen Jesu,
Jesu qui sancto civem transcripsit olympos,
Crimina fontis Adæ dum baptisimi abluit vnda,
Jam commutavit luteis gemmantia vasis
Cœlica terrenis, mansuraq; regna caducis,
Munde immunde vale, speramus cœlica regna,
Qveis viget atq; viret cœli pax lata supremi.

Non sine gemitu

όλοιψύχως appon:

JOACHIMUS SCHMELLIUS.



92116 Bibliotheca 105 000
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06393

S.VIII.33

